



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Crucem tollere quid sit. tit. 253

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

13. non nubent neque nubentur, sed erunt sicut Angeli Dei, Matt. 22.

Secundò, ex integro dicere, quid sit beatitudo & qualis sanctorū gloria, nemo potest, Sic Esa. 64. & 1. Cor. 2. Paulus, cum ad hanc questionem perueniunt, tacent, & dicunt: Quæ auris non audiuit, nec oculus vidit, nec in cor hominis ascenderunt per cogitationē, quæ sint illa, quæ Deus preparauit se diligentib. in cœlo. & Rom. 8. inquit Apostolus: Non sunt cōdignæ passionibus huius temporis ad futuram gloriam, quæ in nobis. reuelabitur: nihil amplius poterat dici, idè credimus gloriam æternam.

Sic Petrus 1. Pet. 1. inquit: Corona illa immarcescibilis iā nobis in cœlo est reposita, sed reuelabitur in tempore nouissimo, in quo exultabitis, qui iam modico tempore cōtristamini in varijs tribulationibus, ut p̄batio fidei vestrę multò preciosior sit auro: idè iam videmus per speculū, & in enigmate, 1. Cor. 3. & 1. Ioan. 3. Charissimi, nuuc filij Dei sumus, id est, fide, sed nondum apparuit, quales erimus, & 1. Timo. 4. In hoc laboramus & maledicimur, quia speramus in Deum viuentē, qui est saluator omnium hominum, maximè fidelium, quam salutem & nobis propter Christum concedat Deus, AMEN.

CRUCEM TOLLERE QUID SIT.

TITVLVS CCLIII.

NOtandum primò, quòd crux est interna & externa afflictio & aduersitas, quæ DEVS supra nos permittit. Nā Deus vult nos conformes fieri imaginis filij eius, Rom. 8. Idè quæcunq; aduersitas, quæ nobis acciderit, illa crux nostra est, maximè si propter veritatem & confessionem fidei & nominis Dei fit & toleratur. Matt. 5. Beati qui persecutionem patiuntur, &c. Idè inquit Christus Mat. 16. Qui vult post me venire, id est, ad illū locum, ybi ego sum,

NN 5

Ioan.

Ioã. 17. abneget semetipsum, id est, nedum bona tēpo-
ralia, vitam, famam, gloriam mūdi, sed semetipsum
etiam, id est, propriam voluntatem, non se vindicet
cōtra aduersarios, sed patienter tollat crucem suā: su-
am (inquit) crucē, sicut quisq; habet propriā, & sequa-
tur me, siue per martirium propter fidē, siue per quā-
cunque aliam aduersitatē propter iustitiā Nam quid
prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, &c.

Secundò inquires: Cur Deus nos sic sub cruce vult
viuere? Respondeo, vt corpus & anima purgetur à vi-
tiji, id est, luxuria, superbia, auaritia, &c. Ro. 8. Corp⁹
corrumpitur propter peccatum: nisi homo crucē ha-
beret, nemo tutus viuere posset. Frangunt ergo aduet-
sitates veterem hominem Rom. 6. sic mors, & omnes
infirmittates sunt propter peccatum, Gen. 2. Subinde
vult Deus nos esse subiectos cruci, id est, infirmittati-
bus corporis, aduersitatibus mundi propter nostram
coronam, quam promittit professoribus Euāgelij &
fidei, sicut dicit Matth. 5. Beati eritis, cum maledixe-
rint vobis, &c. Gaudete & exultate, quoniam mercedē
vestra copiosa, Mat. 19. Vos qui reliquistis omnia &c.
Sic Prophetę, Apostoli, & omnes sancti Dei Martires
& confessores, læta mente persecutionem passi sunt,
Acto. 5. Ioan. 12. Qui me confessus fuerit coram homi-
nibus, &c. Idē Paulus dicit, Omnes qui pie volunt
viuere in Christo, persecutionē patientur, 2. Timot. 3.

Tertiò, hoc autem lenire debet crucem, quia non
casu, sed Dei voluntate fiunt, eo quod folium non ca-
dit de arbore. Lucæ. 12. Cum igitur affligimur à Do-
mino, inquit Apostolus, 1. Corinth. 11. idē sic nē cum
hoc mundo damnemur. Vocatio est ad penitentiam,
non maledictio, aut damnatio. Idē cum patientiā
hanc tolerare crucem debemus, & cogitare, nē salu-
tem patiamur, vt fur & latro, sed vt Christianus, 1.
Petri. 4. id est, propter iustitiam, veritatem, & fidē
confessionem, & sic est sacrificiū nostrum quod Deo
offerimus

offerimus & spiritalis hostia, 1. Pe. 2. Si autē quis propter malitiam patitur, hæc crux non est Christi crux, sed latronis mali, Luc, 23.

DE TENTATIONIBUS DI-
aboli circa agrotum.

TITVLVS CCLIIII.

PRIMA tentatio sathanę est, Tu sceleribus opertus, quomodo migrabis, in requiē? superant scelera tua arenam maris, multe legiones dæmonum expectant te. Respondēdo ad primum: cum latrone migrabo, qui audiuit in cruce. Hodie mecum eris in Paradiso: Lucę 23. Ad secundum: Copiosior est Domini misericordia, quā peccata mea, Romanorum. 5. Gratia abundat peccato. Ad tertium, habeo Christū, qui fortior est omnibus legionibus dæmonum, Ioan 14. In me nō habet quicquam.

Secundō, inquit sathanas: falso tibi persuades, te misericordem habere Deum, qui nunquam rectē peccatiuiti. Deus altissimus odio habet peccatores, Eccl. 12. Iniustus esset Deus, si pro malefactoribus daret vitam beatam. Respond. Peccator esse desijt per Christum, qui de peccatis suis pœnitens, se cum spe misericordię peccatorem grauatum agnoscit & dolet, Psalm. 50. Cor contritum, & Matthęi. 11. Venite ad me omnes &cæt. Ad secundum, Christus non odit peccatores, neque Deus, qui venit propter peccatores in mundum, 1. Timoth. 1. Romano. 4. Ad tertium, Fides in Christum iustificat. Habacuc. 2. & Christi saluatoris meritā ad quę confugio, faciunt me iustum, 2. Corin. quinto, Qui peccatum, non fecit factus est peccatum, Galat. 3. factus pro nobis maledictum.

Tertiō inquit: relinquis opes tuas, vxorem, diuitias &cæt. & charissimos. Si Deus te vellet saluare & diligere, nō tot malis excruciet: damnaberis, & saluus non